Consentit igitur in his quoque §§ explanatio Havniensis (*K*) cum eo Melampodis commento quod ex Vaticano 14 et Hamburgensi recuperare licet, nisi quod semel *K* ab Vatic. et Hamburgensi omissa exhibet et quod complures particulae ex Vaticani auctoritate Melampodi tribuendae in *K* desunt. quas etiamnunc illi tribuemus nec opinabimur, quaecunque in *K* non extant, a Melampode abiudicanda esse; sed cum hic codex saepius explicationes in paulo breviorem formam contractas praebeat quam leguntur in Vaticano, totas quoque interpretationis particulas in *K* omissas esse facile credemus. Ita in hoc libro intercidere 745, 17—33; 748, 8—16; 748, 28—749, 19; quae e medio explanationis conexu evulsa sunt. Nec credendus est Melampus de syllaba longa caput (§ 9) explanavisse, sed de brevi et ancipiti capita (§ 10. 11), quae in *K* interpretatione carent, neglexisse.

Cum ad finem paragraphi XIII pervenisset Hoerschelmannus, substitit in libro Melampodeo ex collectione Vaticana sive Hamb. secernendo, cum intellegere sibi videretur, ad sequentes paragraphos illustrandas huius grammatici commentarium a scholiorum Vaticanorum compositore adhibitum non esse. quod ut sibi persuaderet, eum non adduxit Melampodis nomen in eis quae sequuntur paragraphis prorsus praetermissum, quippe quod ne in eis quidem quas pertractavit paragraphis ultra p. 772, 27 inveniatur, sed argumento ei erat, quod omnia fere desunt indicia in loquendi consuetudine posita, quibus commentarium Melampodeum a ceteris distingui posse probavit. quae res quam late pateat, inde intellegitur quod in omnibus paragraphorum XIV—XXIII scholiis ex eis, quae a Melampode maxime frequentata esse Hoerschelmannus demonstravit, nulla nisi haec reperiri possunt: 899, 20 *ἐπενεχθέν*; 863, 13 et 894, 16 *εἰρήκαμεν*; 906, 14 *ὡς προείρηται*.

Vt autem perspiciatur num revera in Vaticana collectione nullae reliquiae traditae sint Melampodeae paragraphorum posteriorum explanationis, magni momenti est, quod eadem scholia quae Melampodi tribuuntur in Vatic. 14 et *K*, in aliis codicibus Diomedi scholiastae adscripta leguntur. cuius rei exempla praeter ea, quae iam Hoerschelmannus p. 28 sq. protulit, haec adferre possum.

In codice Marciano 652 (class. app. XI 4) inter varia scripta grammatica inde a folio 117r scholia extant in artis Dionysianae §§ 1—7, quibus hic praemissus est titulus *Διομήδους σχολιαστικοῦ εἰς τὴν Διονυσίου τέχνην* (e quo commento nonnullas particulas edidit Villoisonus). His autem scholiis perlustratis et cum codice *K* conlatis apparet eundem in utroque codice legi commentarium, quamquam in Marciano non nulla desunt, quae in *K* inveniuntur, atque aliorum quoque scholiastarum frustula in Marc. admixta sunt (quae tamen aliunde sumpta esse auctorum nomina[2]).

1) p. 812, 1: *τὰ παραδείγματα αὐτὸς παρατίθεται, ἐπὶ μὲν τοῦ π̄ παραθέμενος τὸν στίχον τοῦτον «ἀλλά μοι εἴφ' ὅπῃ ἔσχες ἰών»· τὸ γὰρ ἐντελὲς ἦν, ἀλλά μοι εἰπέ ὅπῃ ἔσχες ἰών· καὶ διὰ τὸ μέτρον τὸ ε̄ ἀπεστράφη τοῦ εἰπέ, καὶ εἰς τὸν τόπον τοῦ ε̄ τοῦ ἐκβληθέντος ἔδει τεθῆναι τὸ ο̄ τοῦ ὅπῃ, οὗ δασυνομένου οὐκ ἐτόλμησε τὸ π̄ ὑποστῆναι, ἀλλὰ τὸ ἰσόστοιχον αὐτοῦ φ̄ τὸν τόπον αὐτοῦ τοῦ π̄ ἀνεπλήρωσεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ κ̄ παρέθετο τὸν στίχον τοῦτον «αὐτίχ' ὁ μὲν χλαῖναν»· καὶ διὰ τὸ μέτρον ἀπεστράφη τὸ ᾱ τὸ τελευταῖον τοῦ αὐτίκα, εἰς δὲ τὸν τόπον τοῦ ᾱ ἔδει τεθῆναι τὸ ο̄ ὅπερ δασύνεται· τὸ οὖν κ̄ τῆς δασείας ἐπιφερομένης ὑπεστάλη, καὶ παρεισέδυ τὸ ἰσόστοιχον αὐτοῦ τὸ χ̄. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ τ̄ «ὣς ἔφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες»· τὸ γὰρ ἐντελὲς ἦν ὣς ἔφατο, καὶ ἀπεστράφη τὸ ο̄ διὰ τὸ μέτρον καὶ τὸ τ̄ ἐτράπη εἰς θ̄ διὰ τὴν ἐπιφορὰν τοῦ οἱ δασυνομένου.* 2) Porphyrii nomen adscriptum est ad 757, 7 (ad v. 13 fuit adponendum) et 769, 4; Stephani ad 759, 26 et 760, 10.

aut verba *καὶ ἄλλως* seu *ἑτέρου* adposita significant). Ergo eadem interpretatio quae in Vat. 14 et *K Μελάμποδος* vocatur, in Marc. appellatur *Διομήδους*. Atque omnino consentire cum Marciano eodemque titulo instructa esse, quae Vaticanus 240 fol. 15v — 34r et Palatinus 70[1]) fol. 251v — 266r praebeant, Vhligius mihi indicat.

Cum igitur nomina Melampodis et Diomedis quasi promiscue usurpata sint, ultro se nobis offert coniectura, ea quae in ultimarum duarum paragraphorum interpretatione Vaticani 14 sub Diomedis nomine leguntur, cum priorum paragraphorum explanationibus Melampodeis coniungenda esse. quae quidem suspicio plane confirmatur codicis Havniensis testimonio. Ibi enim commentarius Melampodeus nullo lacunae signo interposito ab § 13 ad § 24 transgressus continet hasce interpretationes: 935, 10—25. 937, 26—938, 2. [nonnulla quae apud Bekk. non leguntur[2])]. 941, 13—16. 943, 4—10. *τὸ ἀβάλαι* 946, 14—18. [nonnulla inedita[3])]. 947, 5—18[4]). 948, 4—5. 8—9. 951, 9—11. 954, 4—11[5]). 957, 17—28[6]). 958, 6—17[7]). 958, 27—31[8]). 958, 32—959, 2[9]). 5—7. 12—14. 960, 3—7. 10—16. 23—25. 30—32. 961, 21—25. 963, 18—23[10]). 965, 8—21. Tum: *Περὶ παρασυναπτικῶν. Οὗτοι τὸ λεῖπον τοῖς συναπτικοῖς συναναπληροῦσι· καὶ ὕπαρξιν γὰρ καὶ ἀκολουθίαν δηλοῦσι, καὶ τόπον δὲ ⟨ἔχουσι⟩ καὶ τόνον ἐοικότα τοῖς συναπτικοῖς· ὁμοίως δὲ καὶ πνεῦμα, ἵνα μὴ περαιτέρω τοῦ δέοντος πολυλογῶμεν· ἐνθάδε τὸ λεῖπον περὶ τῆς αἰτίας καὶ ὑπολείψει πληρώσις τοῖς παρασυναπτικοῖς.* (ultimum enuntiatum quo modo emendandum sit adhuc nescio.)

967, 14—968, 7. Tum: *Περὶ ἀπορηματικῶν. Ἐν ἀπορίᾳ ὄντες τούτοις τοὺς λόγους συνδέομεν· τίθενται μὲν καὶ ἐν τοῖς πρώτοις καὶ ἐν τοῖς δευτέροις, προτασσόμενοι καὶ αὐτῶν τῶν προτέρων λέξεων. Ἆρα προπερισπᾶται καὶ ψιλοῦται. Κᾆτα προπερισπᾶται, δοκεῖ γὰρ σύνθεσις εἶναι ἐκ τοῦ καί καὶ εἶτα, τοῦ ῑ τοῦ καί συνδέσμου ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἐν τῷ εἶτα ῑ ἐκβληθέντων ἀμφοτέρων, καὶ τοῦ ᾱ καὶ τοῦ ε̄ κραθέντων εἰς ᾱ μακρόν. Μῶν περισπᾶται. ⟨Περὶ συλλογιστικῶν⟩. Καλῶς πάνυ ὁ τεχνικὸς τὴν διαφορὰν ἑκάστων τῶν συνδέσμων ὁρίζεται, οὐδὲν ἡμῖν δοκεῖν θέλων δι' ἑτέρων λέξεων τὸν αὐτὸν ὅρον προφέρεσθαι. Οὗτοι δὲ τίθενται πάντες ἐν τοῖς δευτέροις λόγοις. Ἆρα ψιλοῦται καὶ παροξύνεται, δίχρονος γάρ ἐστιν. Ἀλλά καὶ ψιλοῦται καὶ ὀξύνεται. Ἀλλαμήν·*

---

1) quem Heidelbergensem appellare, ut Hoersch. p. 29 appellat, pro sancte Iuppiter non iam licet.

2) *Τὰ δὲ μεσότητος ἐπιρρήματα οὐκ ἀπὸ ἐννοίας τινὸς ὠνόμασται· πλείστας γὰρ διαφορὰς ἔχει ἐννοιῶν. ἀλλ' ἐπειδὴ γίνεται ἀπὸ τῆς γενικῆς τῶν πληθυντικῶν τῆς μέσης οὔσης τῶν τριῶν γενῶν, τοῦ ν̄ μόνου εἰς σ̄ τρεπομένου, διὰ τοῦτο καλεῖται μεσότητος· οἷον τῶν καλῶν· αὕτη γενικὴ οὖσα πληθυντικὴ μέση ἐστί, τουτέστι κοινὴ ἀρσενικοῦ καὶ θηλυκοῦ καὶ οὐδετέρου, οἱ καλοὶ τῶν καλῶν, αἱ καλαὶ τῶν καλῶν, τὰ καλὰ τῶν καλῶν· τραπέντος οὖν τοῦ ν̄ εἰς σ̄, ὡς ἔφαμεν, γίνεται τὸ ἐπίρρημα καλῶς· σοφῶν σοφῶς ὁμοίως.*

3) *Τὰ δὲ σχετλιαστικὰ λυπηρά· σχέτλιος γάρ ἐστιν ὁ ἄθλιος* (cf. 946, 19). *Τὰ οὖν λυπηρὰ καὶ ἄθλια καὶ σχετλιασμοῦ ἄξια. Βαβαί· οἱ ἰδιῶται τῆς βαι διφθόγγου τὸ ῑ κατ' ἰδικὴν συλλαβὴν προφερόμενοί φασι βαβαΐ· οὐ δεῖ δέ, ἀλλὰ δισυλλάβως βαβαί θαυμάζοντά τι ἢ ἐπαινοῦντα λέγειν.*

4) *K* add.: *ναίχι· τοῦτο καὶ* (lege *οὐκ*) *ὀξύνεται ὡς τὸ οὐχί, εἰ καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει ἐπέκτασιν.*

5) *K* add.: *τοῦτο γάρ ἐστι τὸ δηλοῦσα τῶν συνδέσμων· ἑπτὰ διαφορὰς ἤτοι ὀκτώ φησιν εἶναι τῶν συνδέσμων· τοῦτο δέ φημι, ὡς τῶν παραπληρωματικῶν μηδὲ συνδέσμων σχεδὸν ὄντων.*

6) *K* add.: *τόνον δὲ ἔχει τὸν πρέποντα λέξει μονοσυλλάβῳ βραχυκαταλήκτῳ, τουτέστιν ὀξὺν μὲν καθ' ἑαυτόν, ἐν δὲ τῇ συνεπείᾳ βαρύνεται.* 7) *K* add.: *τόνον δὲ ἔχει τὸν ὅμοιον τῷ μέν.*

8) *K* add.: *τόνον δὲ ἔχει ὁμοίως τοῖς προειρημένοις συνδέσμοις· τέτακται γὰρ ἐν τοῖς ἐγκλιτικοῖς μορίοις τοῖς ἀπολλύουσι τὸν τόνον προκειμένου ἑνὸς τῶν τριῶν παραφυλαγμάτων, ἢ ὀξυτόνου λέξεως ἢ περισπωμένης ἢ προπαροξυνομένης ἢ τροχαϊκῆς.* 9) *K* add.: *τόνον δὲ ἔχει ὅμοιον τῷ μέν. περὶ δὲ τόνου τί σοι καθ' ἕνα φημί; κοινῇ γὰρ πάντων συμπλεκτικῶν συνδέσμων ὀξυνομένων, σεσημειωμένου τοῦ ἤτοι.*

10) *K* add.: *καὶ ἐν τῇ συνεπείᾳ βαρύνεται· τίθεται δὲ ἤτοι προτίθεται καὶ ἐν τῷ προτέρῳ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ, ἀρχόμενος καὶ τῶν πρώτων λέξεων.*

ὁ προκείμενος ἀλλά προσέλαβε τὸν μήν τὸν παραπληρωματικόν, ὡς μετ' ὀλίγον σὺν θεῷ εἰσόμεθα· καὶ ἔστι σύνθετος, ὀξύνεται δὲ καὶ ψιλοῦται. Τοίνυν· ἐκ δύο παραπληρωματικῶν συλλογιστικὸς γέγονεν ἐν παραθέσει σύνδεσμος, διὸ καὶ παροξύνεται. Τοιγάρτοι· καὶ οὗτος ἐκ τοῦ τοί καὶ τοῦ γάρ καὶ ἔτι τοῦ τοί ἐν παραθέσει ὄντων γεγένηται εἷς συλλογιστικὸς σύνδεσμος, ἀλλ' οὐχὶ τοῦ γάρ ἐνταῦθα ἔχοντος τὴν ἰδίαν δύναμιν ἢ ἔννοιαν, ἀλλ' ὡς ἐν παρολκῇ κειμένου· μεσοσυλλαβηθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἑκατέρωθεν παραπληρωματικοῦ στενωθεὶς καὶ αὐτὸς γέγονε· παροξύνεται δέ. Τοιγαροῦν· ὁμοίως καὶ αὐτὸς τριῶν παραπληρωματικῶν συνδέσμων παραθέσει γέγονε· μεσοσυλλαβούμενος γὰρ ὡς προείρηται ὁ γάρ ἐν παρολκῇ ἐστι[1])· περισπᾶται δὲ διὰ τὸν κανόνα τὸν τονικὸν ἐκεῖνον λέγοντα, ὅτι πᾶσα δίφθογγος ἡ διὰ τοῦ ῡ ἐφ' ἑαυτῆς ἔχουσα τὸν τόνον περισπᾶται, σεσημειωμένων τριῶν, ἰδού ἰού οὔ, καὶ τῶν αἰτιατικῶν, ὡς ἔχει τὸ τοὺς Ἀχαιούς καὶ τὰ ὅμοια· οὐδὲ γὰρ τὸ τούς οὐδὲ τὸ Ἀχαιούς περισπᾶται, εἰ καὶ διὰ τὸ υ δίφθογγον ἔχουσιν, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν ἑκάτερον ὀξύνεται, ἐν δὲ τῇ συνεπείᾳ βαρύνονται, δι' ἕτερον λόγον τονικὸν ἀναγκαῖον τὸν λέγοντα, ὅτι πᾶσα αἰτιατικὴ ἀπαθὴς ἀπέστραπται τὴν περισπωμένην· τὸ δὲ ἀπαθὴς πρόσκειται τῷ κανόνι διὰ τὸ δῶ καὶ Ποσειδῶ καὶ τὰ ὅμοια· ἡ γὰρ ἀπαθὴς καὶ ἐντελὴς αἰτιατικὴ δῶμα καὶ Ποσειδῶνα.

Περὶ παραπληρωματικῶν. Παραπληρωματικοί εἰσιν οἱ μέτρον ἀποπληροῦντες ἢ κόσμον τινὰ παρέχοντες τοῖς λόγοις· διὸ καὶ οἱ πλείονες αὐτῶν εἰς τὰ ἐγκλιτικὰ μόρια κατετάγησαν· οὐκ ἔστι δὲ ἐπ' αὐτῶν εἰπεῖν, ὅτι ἐν τοῖς προτέροις τίθενται αὐτόθεν δίκην στοιβῆς ἤτοι σφηναρίων παρεισδυόμενοι[2]). δή ὀξύνεται. ῥά ὀξύνεται, ἔστι καὶ ἐγκλιτικὸν μόριον. ὁμοίως δὲ καὶ ὁ νύ. ποῦ περισπᾶται μὲν καθ' ἑαυτόν, ἔστι δὲ καὶ αὐτὸς ἐγκλιτικὸν μόριον. θήν ὀξύνεται, καὶ ἔστιν ἐγκλιτικὸν καὶ αὐτός. ἄρ ὀξύνεται καὶ ψιλοῦται. δῆτα προπερισπᾶται. πέρ ὀξύνεται. ἄν ὀξύνεται καὶ ψιλοῦται. αὖ ψιλοῦται καὶ περισπᾶται καὶ ἐγκλίνεται (κ. ἐγκλ. pone post πέρ ὀξ.). οὖν περισπᾶται καὶ ψιλοῦται.

Περὶ ἐναντιωματικῶν. Τινὲς δὲ προστιθέασι καὶ ἐναντιωματικούς. ὡς μὴ πάνυ εὑρισκομένους ὁ Διονύσιός φησι τὸ τινές· πλὴν ἐπεκράτησεν νομίζεσθαι τούτους ἐναντιωματικοὺς συνδέσμους· φησὶ δὲ τὸ ἔμπης, ὅμως. Τίθενται οὗτοι ἐν τοῖς δευτέροις λόγοις, προτάσσονται δὲ τῆς πρώτης λέξεως τῶν δευτέρων λόγων· καὶ ὁ μὲν ἔμπης παροξύνεται καὶ ψιλοῦται, ὁ δὲ ὅμως δασύνεται καὶ παροξύνεται.

Iam continuae huius interpretationis quaecunque frusta codice Vaticano 14 continentur, ea ibi Diomedi adscribuntur[3]), ut pateat rectissime Hoerschelmannum censuisse Diomedea scholia Vaticani adnectenda esse Melampodeis ut particulas eiusdem commentarii. Atque quod ab illo ex Melampodis et Diomedis nominum usu potissimum probatum, a me ex Havniensium explanationum conexu confirmatum est, id Vhligius intellexit et in schedis suis notavit inspecto codice Vaticano 1766 (ex quo Bekkerus lectiones tantum paucas protulit). Etenim ibi fol. 324 sqq. plane eadem leguntur atque in Havniensi, nisi quod Vaticani 1766 commentarius his verbis finitur: ψιλοῦνται δὲ πάντες (BA 965, 21), et quod auctoris nomine omnino caret.

Quo arto autem vinculo cohaereant scholia Melampodea sive Diomedea in Vaticani 14 collectionem recepta cum commentario Havniensis libri et Vaticani 1766, etiam magis quam ex eis, quae utrobique exhibentur, inde apparet, quod deest utrobique explanatio paragraphorum XIV

---

1) cf. quae Bekkerus exhibet p. 970, 10—18. 2) cf. quae apud Bekkerum paulo aliter leguntur p. 970, 19—22. 3) ut 957, 17—28; 958, 6—17; 27—959, 2; 5—7; 12—15; 960, 2—7; 10—16; 23—25; 30—32. *Εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλως.* 955, 11—30 (nam ad hanc solam particulam titulus pertinet); 961, 21—25; 963, 18—24 cett. Ad 943, 4—10 tantum adpositum est non Diomedis sed Stephani nomen, errore librarii, opinor, qui auctoris notationem in margine adpictam ad alienum locum referebat.

—XXIII. neque enim credibile est illum grammaticum, sive Melampus sive Diomedes appellabatur, eas tantum paragraphos interpretatum esse, quae sunt de arte recitatione accentu interpunctione rhapsodia litteris syllabis dictione adverbiis coniunctionibus, et plane omisisse de nomine verbo participio pronomine praepositione praecepta; sed potius aliquo casu interpretationem capitum XIV —XXIII ex eo codice excidisse apparet, ex quo fluxerunt et Havniensis Vaticanique 1766 archetypon et is liber, unde scholia Melampodea s. Diomedea Vaticani 14 excerpta sunt. (nisi forte, qui hanc scholiorum congeriem composuit, illo mutilato codice ipso utebatur.)

Siquis denique quaerat quomodo factum sit, ut eaedem explanationes in aliis codicibus sub Diomedis nomine, in aliis sub Melampodis traderentur, mihi rectissime iudicasse videtur LLangius apud Hoerschelmannum p. 29 adn.: «Auf mich machen diese Scholien des Melampus den Eindruck von Collegienheften. Die Duplicität des Namens würde sich erklären, wenn man annähme, dass einer der Nachfolger des anderen sei und das Heft seines Vorgängers benutzt habe.» Uter vero alterius scrinia compilaverit, vix futurum esse arbitror ut umquam codicum auxilio perspiciamus. Nec multum nostra interest scire, uter ex alterius furtis sua sibi clepserit. nam priorem illorum grammaticorum (utercumque prior erat) ipsum quoque furatum esse constat.

III.

De Stephani commentario.

Stephanianae quoque Dionysii interpretationis particulas usque ad finem paragraphi XIII ex scholiorum Vaticanorum collectione secernere Hoerschelmannus conatus est, auctoris notationibus et scholiorum conexu in apographo Hamburgensi nisus. ac tametsi hic tali auxilio uti nequimus, quali adiutis nobis contigit Melampodei commentarii restitutionem ab Hoerschelmanno propositam confirmare (nullo enim codice quod sciam seorsum Stephani interpretatio tradita est), tamen quin etiam hic de plerisque rebus recte ab illo iudicatum sit non dubitamus nec nisi raro dissentimus. quod ubi faciendum nobis videatur, apparebit ex indice.

In posteriorem autem scholiorum partem inde ab § XIV inquirentibus nobis id magno impedimento est, quod hic non, ut in priore parte factum videmus, longiores eiusdem auctoris interpretationes continuae ad totas paragraphos pertinentes in Vaticano 14 et Hamb. leguntur, sed plerumque complurium interpretum parva frustula confusius commixta, et quod persaepe quidem εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλως vel similia monent ut quae sequuntur alii tribuamus, sed raro ipsa scholiastarum nomina adscripta sunt. Accedit quod in hac posteriore collectionis Vaticanae parte notationi auctorum eam ab causam aliquanto minor fides habenda esse videtur, quia nomina nusquam fere in mediis versibus addita sunt sed in margine adpicta. etenim quam facile fieri potuerit, ut hac ratione aut ex archetypo recepta aut primum adhibita librarius loco adpingeret alieno quae in archetypo iustum locum tenebant, et per se patet et Hamburgense apographon compluribus exemplis testatur.

Summa deinde cautione opus est ne labamur in illis verbis utendis quae sequentia alius interpretis esse indicant. persaepe enim ad pauca tantum enuntiata καὶ ἄλλως pertinet, post quae prioris interpretis explanatio continuatur. cuius rei luculentum exemplum praebet § XXV, ubi in Vat. 14 adscriptum est Διομήδους in mg. ad 957, 17—28; sequuntur: 958, 6—17. 27—959, 2. 959, 5—7. 12—14. 960, 3—7. 10—16. 23—25. 30—32; deinde interpositis εἰς τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλως verbis 955, 11—30. 961, 21—25. 963, 18—24 cett. Haec autem omnia Diomedea vel Melampodea

esse ex codicis Havniensis conlatione intellegitur excepta una hac particula 955, 11—30 quae ex alio commentario inlata est.

Nonnumquam ad longiores explanationes quae nullo intervallo in codice interruptae sunt, eiusdem auctoris nomen non solum ab initio, sed etiam iterum altero loco adscriptum invenimus. Quod ubi factum est, praesertim si bis in huius interpretationis contextu de eadem re agitur, sic statuendum est, eum qui e complurium grammaticorum libris scholiorum Vaticanorum congeriem composuit, cum nonnullas particulas ex unius auctoris libello sumpsisset, ex alterius grammatici libro quae ad eandem rem pertinebant adposuisse, omissis tamen verbis *καὶ ἄλλως εἰς τὸ αὐτό* vel auctoris nomine; cum vero rediret ad prioris auctoris verba exscribenda, eius nomen iterum adpinxisse. Ea igitur, quae repetito auctoris nomini proxime antecedunt, alteri illi tribuenda sunt. velut explanationi 864, 25—867, 30, quae continuis verbis exarata extat in Vat. 14, praemissum est nomen **Στεφάνου**, sed idem iterum 867, 25 in margine adpositum est, ac bis explanatur, 866, 22—33 et 867, 1—24, quid intersit inter nomina *πρός τι ἔχοντα* et *ὡς πρός τι ἔχοντα*. Stephano igitur tribuemus 864, 25—866, 33 et 867, 25—30, non 867, 1—24.

Iam harum rerum ratione habita, nisus et externis indiciis quae Vaticanus 14 exhibet et eis quae singulis scholiis ipsis continentur, hasce explanationes capitum XIV—XXIV ex commentario Stephaniano sumptas esse, si quidem res bene cessit, exploravi:

§ 14. 843, 15—846, 3; 846, 13—847, 3; 848, 1—32; 849, 16—30; 851, 33—852, 5; 849, 32—851, 22; 851, 28—32; 852, 7—853, 25; 854, 16—855, 20; 855, 29—856, 28; 857, 30—858, 7; 858, 22—28; 859, 6—860, 28; 862, 4—15; 860, 29—861, 20; 862, 17—863, 21; 864; 25—866, 33; 867, 25—30; 868, 14—869, 4; 869, 27—870, 12; 870, 19—871, 2; 872, 5—31, 873, 4—11; 871, 17—28; 873, 12—28; 874, 3—17; 874, 33—875, 5; 876, 9—25; 877, 6—18; 878, 3—12; 878, 31—879, 21; 880, 6—17.

§ 15. 880, 30—32; 881, 10—33; 884, 4—31; 885, 32—886, 29; 887, 16—26; 887, 29—888, 2; 889, 3—890, 9; 891, 11—892, 16.

§§ 16—18. 892, 22—893, 11; 893, 16—894, 27; 894, 32—895, 13; 895, 18—896, 12.

§ 19. 896, 18—897, 18.

§ 20. 898, 13—20; 899, 13—28; 900, 2—18; 903, 3—904, 5.

§§ 21 et 22. 906, 13—16; 905, 9—906, 3; 907, 7—20; 912, 26—32; 906, 25—28; 907, 25—908, 2; 910, 18—35; 913, 27—914, 14; 914, 29—915, 3; 915, 14—27; 916, 12—30; 917, 3—10; 917, 21—918, 2; 918, 12—23; 921, 1—22; 922, 19—21.

§ 22. 926, 4—927, 31; 928, 5—20; 930, 13—24; 929, 27—930, 2.

§ 24. 934, 9—18; 936, 26—34; 936, 7—8; 938, 4—10; 939, 29—940, 3; 941, 18—30; 942, 18—22; 942, 29—943, 3; 944, 24—945, 30; 946, 1—4; 946, 19—24; 947, 20—948, 9; 948, 15—17; 948, 18—949, 30; 950, 13—17; 950, 24—32; 951, 19—21.

§ 25. In hac ultima paragrapho fieri non posse videtur, ut cum ulla veri specie quae Stephano sint tribuenda secernamus, cum nec nomen grammatici umquam adscriptum sit nec aliis indiciis adiuvemur.

Maxima autem certe parte Stephaniani commentarii nunc ex eis collectionibus expedita, in quibus cum aliorum interpretum scholiis commixtus invenitur, non nulla notabo quibus Stephani consuetudo discrepat ab Melampodea.

1. Nudam *αὐτός* vocem de artis auctore a Melampode saepissime usurpatam non omnino sane Stephanus respuit (his enim legitur locis: 735, 32 *ὥς φησιν αὐτός* —; 779, 5 *ὡς καὶ αὐτὸς*

λέγει —; 812, 12 *ὡς καὶ αὐτὸς παρακατιὼν λέγει* —; 859, 11 *ὡς καὶ αὐτός φησιν* —; 870, 24 *ὡς καὶ αὐτός φησιν* —; 871, 1 *ὡς καὶ αὐτὸς παρέθετο* —); sed prae ceteris ad Dionysium significandum vocabulum *ὁ τεχνικός* adamavit, quod plus quam quadragiens ab eo usurpatum est, contra a Melampode undeciens tantum.

2. Identidem in tironum usum grammaticam a Dionysio compositam esse Stephanus repetit; quorum locorum indicem hic proferam: 735, 29 *καὶ λέγομεν, ὅτι πρὸς εἰσαγομένους οὐκ ἀκριβολογεῖται* — 738, 11 *μετὰ τὸ διδαχθῆναι τὸν εἰσαγόμενον τὸ καλῶς ἀναγινώσκειν* — 739, 16 *πρῶτον μανθάνει ὁ εἰσαγόμενος, ὅτι* — 740, 30 *μαθὼν ὁ εἰσαγόμενος τὰ προειρημένα καὶ ἔμφρων γενόμενος* — 742, 28 *σκοπος γὰρ αὐτῷ πρὸς εἰσαγομένους γράφειν* — 754, 11 *ἐκεῖνα μόνα πειρᾶται παραβάλλειν ὁ τεχνικός, ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις ὠφελεῖν δύναται* — 759, 26 *σκοπὸν ἔχων ὁ τεχνικὸς εἰσαγωγικὴν γράφειν τέχνην* — 772, 13 *καὶ ἐνταῦθα σκοπὸν ἔχει εἰσαγωγικὴν τέχνην γράφειν* — 801, 21 *πρὸς εἰσαγομένους γὰρ γράφει* — 803, 17 *ἐπειδὴ σκοπὸς αὐτῷ πρὸς εἰσαγομένους γράφειν* — 809, 27 *ὡς πρὸς εἰσαγομένους διαλεγόμενος* — 815, 8 *μετὰ πάσης ἐπιστήμης προσαγόμενος τοὺς εἰσαγομένους* — 821, 6 *φασί τινες οὐ καλῶς ἐν εἰσαγωγικῇ τέχνῃ γράψαι τὸν Διονύσιον* — 871, 2 *ὡς καὶ αὐτὸς παρέθετο, ὁ Φρύξ, Γαλάτης, ὡς ἐν εἰσαγωγῇ* — 892, 26 *πρὸς εἰσαγομένους διαλεγόμενος ἀναγκαῖον ἡγήσατο* — 903, 3 *πρὸς εἰσαγομένους γράφων ὁ τεχνικός* — 906, 14 *πρὸς εἰσαγόμενους διαλεγόμενος ἀδιαστόλως* —. Quod ne Melampus quidem compluribus locis commemorare supervacaneum putat, sed ad introducendi verbum addere nonnulla solet, quae in Stephani scholiis non leguntur: 802, 8 *ἀλλ' ὡς ἐν ὑπομνήματι ἢ πρὸς εἰσαγομένους γράφοντας* — 819, 19 *δοκεῖ ὡς πρὸς εἰσαγομένους ἢ ὡς ἐν ὑπομνήματι καλῶς εἰρηκέναι* — 819, 24 *πρὸς εἰσαγομένους ἢ ὡς ἐν ὑπομνήματι γράφων* — 828, 25 *ὡς πρὸς εἰσαγομένους ἢ ὡς ἐν ὑπομνήματι γράφων* — 837, 5 *ὡς πρὸς εἰσαγομένους ἤτοι ἐν ὑπομνήματι γράφων* —.

3. Ubi id agit Melampus, ut vocem minus usitatam interpretetur frequentata aut addat, quae sententiam suam illustrent, praeter *ἤτοι* et *τουτέστι* vocabula, utriusque scholiastae communia, usurpare solet *φημὶ δέ* (particulam *δὲ* raro omittens), quae verba apud Stephanum non leguntur:

738, 33: *ἐξ αὐτῶν, φημὶ δὲ τῶν τρόπων* —	831, 26: *φημὶ δὲ τῷ Ὁμήρῳ* —
756, 28: *φημὶ δὲ ὁ ὀξὺς καὶ ὁ βαρύς* —	834, 31: *φημὶ δὲ τὸ δ π σ τ* —
758, 13: *φημὶ δὲ τὸν Νικάνορα* —	841, 12: *φημὶ δὲ τοῦ ῥήματος* —
758, 25: *φημὶ δὲ τῇ ὑποστιγμῇ* —	841, 24: *φημὶ δὲ τὸ ῥῆμα* —
763, 29: *φημὶ δὲ τῷ Ἀπολλωνίῳ* —	958, 32: *φημὶ δὲ κατὰ τὴν ἔννοιαν* —
763, 32: *φημὶ δὲ τῆς τελείας* —	774, 5: *φημὶ τῷ ῡ καὶ τῷ ω̄* —
774, 20: *φημὶ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς* —	798, 17: *καὶ ἐπὶ τούτων δέ, τῶν βραχέων φημί* —
804, 19: *φημὶ δὲ ἡ αι̅ δίφθογγος* —	957, 27: *φημὶ τὸν ἀλλά, τὸν αὐτάρ* —.

Adverbio *ἤγουν* contra, quod apud Melampodem nisi bis non invenitur, saepius utitur Stephanus: 742, 21: *ἤγουν ἀνάγνωσίς ἐστι προφορὰ ἀδιάπτωτος* — 747, 11: *ἡ ἐν μέσῳ λαοῦ κατηγορία ἤγουν δημοσίευσις* — 750, 23 *ἐπειδὴ οἱ τεθνηκότες ἔλλειψίν τινα ἔχουσιν ἤγουν τοῦ ζῆν* — 750, 32 *ἢ λιγυρῶς ἤγουν γλυκερῶς* — 754, 19 *τῆς ἐναρμονίου φωνῆς ἤγουν τῆς ἐνάρθρου* — 763, 2 *τὰ δὲ ποσῶς κοινωνοῦντα ἤγουν πλησιάζοντα* — 791, 8 *φωνὴν ἤγουν ἐκφώνησιν ἀποτελοῦν* — 870, 4 *τὸ μὲν σεμνότερον ἤγουν ἐντιμότερον τοῖς θεοῖς* —.

IV.

De Georgio et Porphyrio.

Duo restant grammatici in scholiis Vaticani 14 nominati, quorum tamen nomina tam raro singulis particulis praemissa leguntur, ut parum firmum habeamus fundamentum, quo nixi e scholiorum frustulis etiamnunc adespotis continuas explanationes illorum restituamus. Georgii nomen quater tantum invenitur nec nisi in ultimis duabus paragraphis, ut num in prioribus quoque eius liber adscitus sit nesciamus. Quis autem ille Georgius esset, dubium esse iam supra significavi. Choeroboscum intellegi debere et Hartius et Hoerschelmannus opinati sunt. Sed dubitationem movebat quod quae sub *Γεωργίου* nomine 940, 23—28 de *μεσότητος* adverbiis docentur, repugnant eis quae Heliodorus, Choerobosci pedisequus, 939, 20—22 praecipit. Accedebat testimonium a Wachsmuthio e codice Vallicelliano exscriptum, ubi legimus: *ἐξηγήσαντο δὲ* (scil. *τὴν τοῦ Διονυσίου γραμματικὴν*) *Ἡλιόδωρος καὶ Γεώργιός τις καὶ πλατύτερον ὁ Χοιροβοσκός*. Iam alterum Georgium Dionysii interpretem circumspicienti mihi occurrit Georgius Curtesius Scholarius; cuius librum: *περὶ στοιχείων ἤτοι γραμμάτων, προσῳδιῶν καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, ἤτοι εἰς γραμματικὴν πρώτη εἰσαγωγή* in compluribus codd. servatum esse Fabricius docet (Bibl. Gr. VI p. 342 ed. Harl.). De hoc libro Wachsmuthius et Vhligius benigne haec mecum communicavere: in cod. Vallicelliano F 83 bombyc. saec. XV leguntur: *γεωργίου κουρτέση τοῦ σχολαρίου περὶ στοιχείων ἤτοι γραμμάτων, περὶ προσῳδιῶν καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, ἤτοι εἰς γραμματικὴν πρώτη εἰσαγωγή. ἐξεδόθη δὲ φίλῳ τινὶ αἰτήσαντι. — Τῶν στοιχείων ἃ καὶ γράμματα λέγονται, εἴκοσι καὶ τεσσάρων ὄντων τὸν ἀριθμόν, φωνήεντα μέν εἰσι τὰ ἑπτά κτλ.* iisdem verbis incipit hic tractatus in cod. bibliothecae Angelicanae C 5, 3 praemisso titulo *Γεωργίου σχολαρίου Κωνσταντινοπολίτου περὶ τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου προθεωρία. πρὸς τὸν Σεβαστόπουλον.* in eiusdem bibliothecae cod. A 4, 3 itemque in cod. Burb. Neap. II D 4 haec est inscriptio: *τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Γεωργίου κουρτέση τοῦ σχολαρίου περὶ στοιχείων ἤτοι γραμμάτων, περὶ προσῳδιῶν καὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν, ἤγουν εἰς γραμματικὴν εἰσαγωγὴ πρώτη.* denique haec e cod. Angel. C 5, 3 exscripsit Vhligius: «Tractatus *περὶ στοιχείων* ultima verba sunt — *ἀντὶ φύσει μακροῦ λαμβανόμενον.* Tum *τμῆμα β΄. Περὶ προσῳδιῶν. Προσῳδίαι δέ εἰσι στίγματα φωνῶν διακριτικά, δι' ὧν ἥ τε τῆς λέξεως ἀπαγγελία ποιά τις γίνεται καὶ λόγος ὅλος ἁρμόττεται κτλ.* usque ad — *ὑποδιαστολὴ δέ ἐστι σημεῖον ἀναποδότου καὶ ἐκτεταμένης ἐπὶ πλέον ἐννοίας, ἠρεμαστικὸν καὶ διαναπαῦον ἡμῖν τὸν νοῦν ἅμα καὶ τὴν φωνήν.* Deinde *Περὶ τῶν ὀκτὼ τοῦ λόγου μερῶν. Λόγος ἐστὶ πεζῶν ἢ ἐμμέτρων λέξεων σύνθεσις διάνοιαν αὐτοτελῆ δηλοῦσα* (A 4, 3 autem: *λόγος ἐστὶ λέξεων πολλῶν ἢ δύο τοὐλάχιστον σύνθεσις δ. αὐ. δ.*). Diligenter exponitur de declinatione et coniugatione minoribusque orationis partibus usque ad *συνδέσμους ἐναντιωματικούς — τοὺς δηλοῦντας δηλονότι τὸ ἐναντίον τῇ δυνάμει τοῦ πράγματος.*» Hanc de orationis partibus expositionem qui cum explanationibus in Vaticano 14 sub *Γεωργίου* nomine servatis (940, 23—28. 961, 27—962, 16. 966, 17—29. 972, 10—16) contulerit, diiudicabit, opinor, num illic Curtesii nomen simul audiendum sit.

Nec minus dubium quis alter sit interpres, cuius nomen paucis locis in Vat. 14 adscriptum est, Porphyrius. Platonicum enim fuisse iure negat Hoerschelmannus l. l. p. 74 et Act. soc. Lips. V p. 298. Hunc Porphyrium Dionysianum, quamvis raro, per totum tamen scholiorum ambitum nominatum invenimus (757, 13; 769, 4; 846, 4; 847, 17; 951, 13). Totius igitur artis interpretationem haud dubie conscripsit, e qua particulae illae in scholiorum collectionem receptae sunt. Atque in prioribus quidem tredecim paragraphis praeter duo frustula quae ei adscribuntur num plura ei

tribuenda sint valde dubium est, cum perpaucis singulis particulis aut longioribus partibus exceptis omnia in Stephani Melampodisque commentariis habeant locum[1]). Aliter autem res se habet inde a paragraphi XIV initio; etenim in hac quoque paragrapho et in sequentibus Stephano ex alterius grammatici libro adiunguntur scholia, neque tamen e Melampodis, cum Melampodei commentarii id exemplar, quo usus est scholiorum conglutinator, inter § XIII et § XXIV permagna lacuna hiaverit. Cuius in locum quia alium substituere ille coactus erat non audacius videtur conicere, illum grammaticum ab eo in usum esse vocatum, cuius nomen in ipsius paragraphi initio bis adscriptum extat. Atque perlustrantes paragraphi XIV ea scholia, quae Stephani commentario qualem restituimus inserta sunt, continuam haec quoque praebere videmus ad plurima certe lemmata interpretationem, cuius singulae particulae arte inter se cohaerent, nec nisi paucos restare locos, qui neutri horum interpretum assignari possint. nam ter de eadem re expositum est 849, 1—15 et 851, 24—27 et Steph. 848, 26—32; 869, 6—10 et 12—25 et Steph. 869, 27—870, 12; 875, 6—11 et 13—20 et Steph. 874, 33—875, 4; quorum scholiorum primum quodque Porphyrio tribuendum esse suspicari licet, cum is in Melampodis locum successisse videatur. Ac prorsus eadem ratio est scholiorum paragraphos XV—XXIII illustrantium, ut hic quoque conicere ausus sim, ubicunque interpretationi Stephanianae una alius interpretis addita est, hanc unam a Porphyrio profectam esse, ubicunque vero duae adiunctae sunt, priorem. At in ultimarum duarum paragraphorum interpretatione, quae est illic scholiorum compositio, ne dubitanter quidem ullum adespoton Porphyrio assignavi, sed illud tantum tribui, ad quod nomen eius adscriptum est in Vatic. 14 et Hamburgensi (951, 13).

Priusquam autem una tabula comprehendam ea quae hac dissertatione proposita sunt, commentariolum inseram ab incerto byzantii aevi auctore ad Dionysii artem compositum. qui quamquam ea caret auctoritate, qua pollent maiorum scholiorum collectiones, tamen ad restituendam ipsam technen non nullius momenti est ideoque dignus videtur qui integer typis imprimatur: a Bekkero enim AG p. 1141 sqq. perpauca tantum eius frustula publici iuris facta sunt. In constituendis autem huius commentarii verbis, quae non sum conatus emendare, sed recensui tantum, hosce adhibui codices:

M = cod. Monacensis 310, saec. IX vel X (cf. Vhligium in Actis philologorum German. Trevericis 1879 p. 163 sqq.); continet fol. 52r—59v quae leguntur p. 35, 27 (—*φοις πολυώνυμα λέγονται*) — 45, 19 (*μετὰ τάξεως*).

L = cod. Leidensis Vossianus 76, saec. XI (cf. Vhligium l. l. p. 166 sqq.); continet p. 275—325 totum commentarium.

H = cod. Hamburgensis C 13, saec. XVII (h apud Bekkerum); p. 298—320 totus legitur commentarius.

R = cod. Parisinus 2594 (C apud Bekkerum), saec. XV; in fol. 105r—118v totus c. legitur excepto initio usque ad p. 25, 10.

P = cod. Parisinus 2558 (*N* apud Bekk.), saec. XVI; fol. 42r—52v exhibet quae leguntur inde a. p. 31, 24 usque ad finem commentarii, praemisso titulo «*Νήφωνος μοναχοῦ, τάχα ζωγράφου, περὶ στοιχείων καὶ τῶν η΄ μερῶν τοῦ λόγου ἑρμηνευθέντα κατὰ δύναμιν*» et brevi de singulis litteris expositione.

(Utrumque codicem Parisinum meum in usum contulit Maximilianus Bonnet, cui pro insigni erga me benignitate summas ago gratias).

K = cod. Reg. Havniensis 1965, saec. XV; p. 439—458 commentarium exhibet inde a § 14 Bekk. (12 Vhlig.) titulo non praefixo.

Plura de hoc commentario ac de ratione inter singulos codices intercedente Vhligius exponet in praefatione editioni technes Dionysianae, quae mox vulgabitur, praemissa.

---

1) Nihil tribuo testimonio codicis Darmstadini 2773, in quo libro post multa ex variis grammaticis philosophis rhetoricis scriptis excerpta inde a folio 152r hoc titulo praemisso: *Πορφυρίου εἰς τὸ τί ἐστιν ἐμπειρία*, sequitur commentarius continuus in Dionysii §§ I II, quem Sturzius post EG p. 663 sq. edidit. etenim quae ad primam artis paragraphum hic adnotantur, Stephano tribuenda esse, quae vero ad alteram paragraphum exhibentur scholia, Melampodi adscribi debere supra intelleximus meliorum testium auctoritate nixi.

ʽΕΡΜΗΝΕῙΑΙ ΣῪΝ ΘΕΩ͂Ι ΤΩ͂Ν ʼΟΚΤῺ ΜΕΡΩ͂Ν ΤΟΥ͂ ΛΌΓΟΥ

ΠΕΡῚ ΠΡΟΣῼΔΙΩ͂Ν

Προσῳδίαι εἰσὶν δέκα· ὀξεῖα ´, βαρεῖα `, περισπωμένη ῀, μακρὰ ¯, βραχεῖα ˘, δασεῖα ʽ, ψιλὴ ʼ, ἀπόστροφος ʼ, ὑφὲν ‿, ὑποδιαστολὴ ,. Ἡ ὀξεῖα δίδοται ἐπάνω τῶν βραχέων ε̆ καὶ ο̆, καὶ ἐπάνω τοῦ ᾰ ῐ ῠ, καὶ ἐπὶ μακροῖς η̄ καὶ ω̄· οἷον ἐπὶ βραχέσιν θέλω, θεός, τάχος, ἄρχων, ὅρος, κόρος, ἵππος· καὶ ἐπὶ μακροῖς, οἷον κτήσεως, γνώσεως. Ὀξύτονα λέγονται τὰ ἐπὶ τοῦ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, οἷον θεός, σοφός, ὀξύς, καλός· παροξύτονα τὰ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τοῦ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, οἷον φίλος, νέος, λόγος, πρεσβύτης, πολίτης· προπαροξύτονα τὰ πρὸ δύο συλλαβῶν τοῦ τέλους ἔχοντα τὸν τόνον, οἷον Στέφανος, Θεόδωρος, Φιλόθεος, Βασίλειος. Ἡ δὲ βαρεῖα ἐπάνω τῶν ἄρθρων ἀρσενικῶν, θηλυκῶν, οὐδετέρων, πληθυντικῶν, ἑνικῶν, οἷον πτώσεως αἰτιατικῆς τὸν, τοὺς, τὴν, τὰς, τὸ, τὰ. Δίδοται δὲ ἡ βαρεῖα ἐν τῇ συνεπείᾳ τῶν λέξεων· καθ' ἑαυτὴν μένουσα ἡ λέξις ὀξύνεται, οἷον καλός, κακός, φυλή, στρατιά, σὺν ἑπομένῃ δὲ ἡ αὐτὴ λέξις βαρύνεται, οἷον καλὸς ἄνθρωπος, ἡ φυλὴ τῶν Σαρακηνῶν, ἡ στρατιὰ τῶν Ῥωμαίων· καὶ ἐπὶ μονοσυλλάβοις, οἷον μὲν, γάρ. Περισπωμένη δίδοται ἐπάνω τῶν ἄρθρων ἀρσενικῶν, θηλυκῶν, οὐδετέρων πληθυντικῶν καὶ ἑνικῶν πτώσεως γενικῆς καὶ δοτικῆς, τοῦ τῶν, τῷ τοῖς, τῆς τῶν, τῇ ταῖς· καὶ ἐπὶ μακροῖς, ἦθος, ὦμος, χῶρα (sic), *χῶρος, καὶ ἐπὶ διφθόγγοις, αἶνος, οἶνος, οὖς, εὖρος· καὶ ἐπὶ τέλει τῶν ὀνομάτων, Ἀπελλῆς, Μωϋσῆς, Κοσμᾶς, Λουκᾶς, ἀνομιῶν* (sic)· *καὶ ἐπὶ μετοχικῶν, ὁ νοῶν, ὁ βοῶν, ὁ οἰκῶν· καὶ ἐπὶ ὁριστικῶν, νοῶ, ποιῶ· καὶ ἐπὶ ἀπαρεμφάτων, ποιεῖν, ἀθλεῖν, λεγεῖν* (sic)· *καὶ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς ἐπὶ μακροῖς, κῆπος, μῆλον, θῶραξ* (sic), *κώπη* (sic). *Πρὸ δύο δὲ συλλαβῶν τοῦ τέλους οὐ δίδοται περισπωμένη, οὔτ' ἐπὶ μακρᾷ πρὸ μακρᾶς, ἀλλὰ μακρᾷ πρὸ βραχείας, οἷον Παῦλος Παῦλον Παύλου Παύλῳ. Τὰ δὲ βραχέα ε̆ καὶ ο̆ περισπωμένην οὐ λαμβάνουσιν. Μονοσύλλαβα δὲ περισπῶνται ταῦτα, νῦν, πᾶν. — Μακρὰ ἐπὶ τῶν μακρῶν οἷον Ἡ̄ρῴδη̄ς, Ἡ̄ρακλείδη̄ς· βραχέα ἐπὶ βραχέων ε̄ καὶ ο̄,*

DISCREPANTIA SCRIPTVRAE IN LH 1 ante *ʽΕΡΜΗΝ.* add. *ΘΕΟΔΟΣΙΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ͂ ΑΛΕΞΑΝΔΡΈΩΣ* et in mg. *Ex Ms. Lolliniano* ⟨sic⟩ *Vat. Biblioth. Collatum cum cod. F. Ursini, qui est in Vat. 1356. H* ‖ 5 *οἷον*] *καὶ H* ‖ 8 post *οἷον* transp. ex v. 9 *Στέφανος Θεόδωρος H* | post *πολίτης* add. *καὶ ἕτερα πλείονα H* ‖ 10 post *Βασίλειος* add. *καὶ ἕτερα τούτοις ὅμοια H* | post *ἄρθρων* add. *τίθεται H* ‖ *πληθυντικῶν ἑνικῶν*] *ὀνομάτων ἐπὶ ἑνικῶν, δυϊκῶν καὶ πληθυντικῶν H* ‖ 11 post *τὰ* add. *καὶ εὐθείας τῶν δυϊκῶν, οἷον τώ H* ‖ 12 *σὺν ἑπομένῃ*] *συνεπομένη LH* ‖ 13 *οἷον*] *ὁ δὲ H* ‖ 14 ante *καὶ* add. *ὁμοίως H* | post *γὰρ* add. *μή H* | *δίδοται*] *δὲ τίθεται H* ‖ 15 *ἀρσενικῶν — ταῖς* (16)] *τῶν πληθυντικῶν, ἐπὶ γενικῆς τῶν ἑνικῶν καὶ ἐπὶ κλητικῆς, ὁμοίως καὶ ἐπὶ γενικῆς καὶ δοτικῆς τῶν ἑνικῶν, ἐπὶ δοτικῆς τῶν πληθυντικῶν ἀρσενικῶν τε καὶ θηλυκῶν καὶ οὐδετέρων ὀνομάτων H* ‖ 16 *μακροῖς*] *τοῖς μακροῖς οἷον H* | post *ἦθος* add. *ὁ τρόπος H* | post *ὦμος* add. *ἡ ῥάχις H* ‖ 17 ante *καὶ* add. *ὁμοίως H* *τέλει*] *τέλους H* | *ὀνομάτων*] *ῥημάτων L* | *Ἀπελλῆς* om. *H*, *ἀπειλῆς L* ‖ 18 *ἀνομιῶν* om. *H* | *μετοχικῶν*] *μετοχῶν οἷον H* | *νοῶ — ἀπαρεμφάτων* om. *H* ‖ 19 *λεγεῖν*] *φαγεῖν πιεῖν H* | *μακροῖς*] *τοῖς μακροῖς οἷον H* ‖ 20 *κώπη* om. *H* | *συλλαβῶν — βραχείας*] *τοῦ τέλους συλλαβῶν περισπωμένη οὐ τίθεται, ἀλλ' ὀξεῖα, οὔτε μακρὰ πρὸ μακρᾶς περισπᾶται, ἀλλ' ὀξύνεται· περισπᾶται δὲ μακρὰ πρὸ βραχείας H* ‖ 21 *Παύλου Παύλῳ* om. *H* ‖ 23 *μακρὰ — ἤκουσα* (25, 5)] *μακρὰ δὲ πρὸ μακρᾶς οὐ περισπᾶται, οἷον Ἡρώδης, Ἡρακλείδης. Σημείωσαι δὲ ὅτι τὰ ἄρθρα τῶν ἀρσενικῶν τε καὶ θηλυκῶν ὀνομάτων δασύνονται, οἷον ὁ ἡ, οἱ αἱ H*

λŏγŏς, δŏλĭŏς, φĭλŏσŏφŏς. — Δασεῖα ἐπάνω τῶν ἄρθρων ὁ οἱ, ἡ αἱ· καὶ ἐπὶ ὀνομάτων ἀπὸ φωνηέντων ἀρχομένων, οἷον ἵππος, ὑδρεία. Ψιλὴ ἄλλος, ὄχθα, οὐκ εἶπον, οὐχ οὕτως, οὐκ ἔστιν, ἢ ἐναντίον ἢ καλόν· καὶ ἐπὶ προθέσεως, οἷον ἔν, ἔξ, εἴς, ἐν πόλει, ἐξ ὁμολογίας, εἰς οἶκον· καὶ δασυνόμενα δὲ ἀριθμὸν ποιεῖ, ἕν, ἕξ, εἷς. — Ἡ ἀπόστροφος ἀντὶ τοῦ ᾱ ἢ ἀντὶ τοῦ ε̄ ἢ ἀντὶ τοῦ ῑ, οἷον ἄρ' οὕτως, ἀλλ' ἐμός, ἀλλ' ἴδον, οὔτ' ἴδον οὔτ' ἤκουσα (hymn. in Merc. 263?). *Ἡ ὑφὲν τίθεται, ὅτε δύο λέξεις εἰς μίαν συνέρχονται, οἷον Θεόδοτος, ἀρχιποιμήν, ἀρχιστρατηγός, φίλαρχος, φιλάνθρωπος. Ἡ ὑποδιαστολὴ τίθεται ἐναντία τῇ ὑφέν· τῆς γὰρ ὑφὲν συναπτούσης τὰ δοκοῦντα συναιρεῖσθαι ἡ ὑποδιαστολὴ χωρίζει, ἔστι,νοῦς· ἔστιν,οὗς· Κωνσταντίνου,πόλις· τίθεται καὶ ἀντὶ ὑποστιγμῆς ὑποκάτω τοῦ ἐσχάτου γράμματος μήπω πεπληρωμένου τοῦ νοήματος.*

ΣΧΌΛΙΑ ΣῪΝ ΘΕῼΙ ΕἸΣ ΤᾺ ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ ΤῆΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῆΣ

§ 1.

ΠΕΡῚ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῆΣ

«Γραμματική ἐστιν ἐμπειρία τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσιν». Παρὰ τί λέγεται γραμματική, καὶ τί ἐστιν ἐμπειρία, καὶ τίνες οἱ ποιηταί, καὶ τίνες οἱ συγγραφεῖς, καὶ τί τὰ ποιήματα, καὶ τί τὰ συγγράμματα; Θεοῦ συνεργοῦντος ἀπολογούμεθα περὶ τούτων. Γραμματικὴ λέγεται διὰ τὸ τήκειν καὶ καθαίρειν τὰ γράμματα· ὥσπερ γὰρ ὁ χρυσὸς τηκόμενος ὑπὸ τοῦ πυρός, τουτέστι χωνευόμενος, καθαρώτερος ἀναφαίνεται, οὕτω καὶ τὰ γράμματα τηκόμενα καὶ καθαιρόμενα καὶ λαμπρυνόμενα ὑπὸ τῆς γνώσεως τῆς γραμματικῆς λαμπρότερα καὶ φαεινότερα ἀναφαίνονται. Ἐμπειρία δὲ λέγεται ποτὲ μὲν ἡ ἄλογος γνῶσις, ποτὲ δὲ καὶ ἡ διὰ λόγου γνῶσις. Ἡ μὲν ἄλογος γνῶσις γινώσκεται οὕτως, ὡς ὅταν τις ῥόδον θεασάμενος πέρυσι ἢ προπέρυσι ἢ καὶ πρὸ πολλῶν χρόνων, ἐκ μόνης τῆς ὁράσεως καὶ ὀσφρήσεως ἄνευ λόγου διδασκαλίας γινώσκει τὴν εὐωδίαν καὶ ἐρυθραίνουσαν χροιὰν αὐτοῦ, καὶ ἐὰν ἐρωτηθῇ, πόθεν ἐν αὐτῷ ἡ τοιαύτη εὐωδία καὶ ἡ βαφὴ ὑπάρχει, οὐ δύναται διὰ λόγου διδασκαλίας ἀποκριθῆναι· οὐ γὰρ ἔγνω τὸ τοιοῦτον εἶναι ὑπὸ διδασκαλίας, ἀλλ' ἐκ μόνης τῆς ὀσφρήσεως καὶ τῆς ὁράσεως. Αὕτη λέγεται ἄλογος γνῶσις. Λογικὴ δὲ γνῶσίς ἐστιν, ἣν διὰ λόγου διδασκόμεθα, οἷον γραμματικὴν μὲν καὶ τὰς παραπλησίους τέχνας καὶ ἐπιστήμας διδασκόμεθα· αὕτη δὲ λέγεται λογικὴ γνῶσις, ἡ διὰ λόγου διδασκαλία. Δύο τοίνυν γνώσεων λεχθεισῶν ἐπὶ τῆς ἐμπειρίας, ἀλόγου καὶ λογικῆς, τὴν λογικὴν νόησον λέγειν τὸν Διονύσιον ἐπὶ τῆς γραμματικῆς.

«Ποιηταὶ» δέ εἰσιν Ὅμηρος, Ἀριστοφάνης, Θεόκριτος, Ἀλκαῖος, Πίνδαρος, Ἡσίοδος, Ἰσοκράτης, Εὐριπίδης, Θουκυδίδης, Φωκυλίδης καὶ οἱ λοιποὶ δὲ πάντες ποιηταί· «συγγραφεῖς» δὲ οἱ

DISCR. SCR. IN LH 7 *ἀρχιστρ. — φιλάνθρ.*] *καὶ ἕτερα πλείονα H* | *ἡ*] *ἐνεῖ* ⟨l. *ἐνοῖ*⟩. *ἡ δὲ H* ‖ 8 *χωρίζει*] *τὰ δοκοῦντα ἡνῶσθαι διαιρεῖ, οἷον H* ‖ 9 *Κωνσταντίνου,πόλις* om. *H* | *τίθεται καὶ*] *ὁμοίως τίθεται H* ‖ 10 *μήπω*] *μήμου L*

DISCR. SCR. IN LHR 11 *ΣΧΌΛΙΑ — ΓΡΑΜΜΑΤΙΚῆΣ* (13) om. *HR* ‖ 13 in marg. manu recent. *Γεωργίου Χοιροβοσκοῦ R* ‖ 14 *τί ἐστιν γραμματική; γραμματική ἐστιν R* | post *συγγραφεῦσιν* add. *ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων* (*λεγόμενον R*) *HR* | *παρὰ τί λέγ.*] *τί ἐστι H* ‖ 16 *Θεοῦ — τούτων* om. *H* ‖ 18 *ἀναφαίνεται*] *ἀναφέρεται R* | *καὶ καθαιρ.*] *καὶ χονευόμενα ἤγουν καθαιρ. R* ‖ 19 *καὶ λαμπρυνόμενα* om. *HR* | *γνώσεως*] *ἀναγνώσεως H* | *φαεινότερα*] *φανερότερα H καθαρώτερα R* ‖ 20 *διὰ λόγου*] *ἀλόγου L* ‖ 21 *ἢ προπέρυσι* om. *R* ‖ 22 *ὁράσεως*] *ῥύσεως L* | *τήν τε εὐ. κ. τὴν ῥυθραίνουσαν R* ‖ 24 *ἔγνω*] *ἔγνωσεν L ἔγνων R* | ante *τοιοῦτον* add. *ῥόδον HR* | *ὑπὸ*] *διὰ λόγου H διὰ τῆς R* ‖ 25 *τῆς ὁράσεως καὶ ὀσφρήσεως HR* ‖ 26 post *ἐπιστήμας* add. *ἃς διὰ λόγου R* ‖ 27 *διδασκόμεθα* om. *H* | *αὕτη — γνῶσις*] *καὶ αὕτη ἐστὶν H* | *λεχθεισῶν*] *λεχθέντων HR* ‖ 30 *Ἀλκαῖος*] *Ἀληκμαῖος L Ἀλκμαῖος HR*

τὰ τούτων ποιήματα συγγραψάμενοι. Λέγομεν δὲ τρανοτέρως περὶ ποιητοῦ καὶ συγγραφέων, οἷον ποιητὴς μὲν ὁ κύριος καὶ θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, συγγραφεῖς δὲ Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. Ποιήματα δὲ τοῦ Ὁμήρου ἡ Ἰλιὰς καὶ ἡ Ὀδύσσεια· συγγράμματα δὲ τὰ αὐτὰ νοείσθω· ἐπὶ δὲ τοῦ κυρίου ἡμῶν ποιήματα μὲν τὰ ἀόρατα καὶ τὰ ὁρατὰ κτίσματα, καὶ ⟨συγγράμματα⟩ ἡ παλαιὰ καὶ νέα διαθήκη ἡ συγγραφεῖσα ὑπὸ Μωϋσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν καὶ τῶν εὐαγγελιστῶν.

Τί δέ ἐστι «ὡς ἐπὶ πολὺ λεγομένων»; Τουτέστιν ἐπὶ πολὺ μελετωμένων· τὸ γὰρ δι' ὀλίγου μελετώμενον δυσνόητόν ἐστιν ἢ παντελῶς ἀνόητον καὶ ἀκράτητον καὶ ἀμνημόνευτον· τὸ δὲ ἐπὶ πολὺ μελετώμενον ἐπὶ πολὺ διαμένει ἐν τῇ ἡμετέρᾳ μνήμῃ. «Μέρη δὲ αὐτῆς ἐστιν ἕξ· πρῶτον ἀνάγνωσις ἐντριβὴς κατὰ προσῳδίαν». Τί ἐστιν ἀνάγνωσις, καὶ τί ἐστιν ἐντριβής, καὶ τί ἐστι κατὰ προσῳδίαν; «Ἀνάγνωσις» μὲν ἐν προχείρῳ ἐστὶν ἀναγνωρισμός, οἷον ἐγνώρισά τινα καὶ λησμονήσας πάλιν ἀνεγνώρισα αὐτόν· ἀνάγνωσις δὲ κυρίως ἐστὶν ἡ τὰ ἄνω ἤγουν τὰ περὶ θεοῦ γινώσκουσα γνῶσις. «Ἐντριβὴς» δὲ λέγεται ἡ γνῶσις ἡ τὴν τρίβον τῆς σοφίας καλῶς ἐπισταμένη. «Κατὰ προσῳδίαν» δέ ἐστιν ἡ γνῶσις τῶν δέκα προσῳδιῶν. Διαιροῦνται δὲ αἱ προσῳδίαι εἰς τέσσαρα, εἰς τόνους ´ ` ῀, εἰς χρόνους ¯ ˘, εἰς πνεύματα ῾ ᾿, εἰς πάθη ’ ‿ ,· καὶ πρέπει δὴ τὸν ἀναγινώσκοντα κατὰ τόνους καὶ χρόνους καὶ πνεύματα καὶ πάθη ἀναγινώσκειν. «Δεύτερον ἐξήγησις κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους». Χρὴ γινώσκειν τί ἐστιν ἐξήγησις, καὶ τί διήγημα, καὶ τί διήγησις, καὶ τί διαφέρει διήγημα διηγήσεως καὶ ἐξήγησις διηγήματος· καὶ τὸ μὲν διήγημα μερικῶς διηγεῖται, ἡ δὲ διήγησις καθόλου, ἡ δὲ ἐξήγησις ἀκριβεστέρα ἐστὶ τοῦ διηγήματος. Τί δέ ἐστι «κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας τρόπους»; Τρόπος ἐστὶ παρατροπὴ ἀληθείας, ὡς ὅταν εἴπωμεν φωνὴν ἔδωκαν αἱ νεφέλαι· φωνὴ γὰρ ἀληθῶς ἡ ἐκ νοῦ προερχομένη λέγεται, ἐπεὶ καὶ φῶς νοῦ ἐτυμολογεῖται φωνή. Ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν κζ'· ζήτει αὐτοὺς ἐν τῷ περὶ τρόπων Γεωργίου Χοιροβοσκοῦ. Δεῖ γὰρ τὸν γραμματικὸν καὶ κυριολογίας καὶ τροπολογίας γινώσκειν· κυριολογία δέ ἐστιν ἡ κυρίως τουτέστιν ἀληθινὰ λέγουσα, τροπολογία δέ ἐστι παρατροπὴ ἀληθείας. «Τρίτον γλωσσῶν τε καὶ ἱστοριῶν πρόχειρος ἀπόδοσις». Τί ἐστι γλῶσσα καὶ ἱστορία καὶ πρόχειρος ἀπόδοσις; Γλῶσσά ἐστιν ἰδίωμα διαλέκτου· διάλεκτοι δέ εἰσιν ἑλληνικαὶ ε'· Ἰάς, Ἀτθίς, Δωρίς, Αἰολίς, κοινή. Ἰὰς μὲν ἐκλήθη ἡ τῶν Ἰώνων, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης τῆς Ἐρεχθέως θυγατρός, ἣν ἔγραψεν ὁ Ὅμηρος· Ἀτθὶς δὲ ἡ τῶν Ἀττικῶν, ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κρανάου θυγατρός, ἣν ἔγραψεν Ἀριστοφάνης· Δωρὶς δὲ ἡ τῶν Δωριέων, ἀπὸ Δώρου τοῦ Ἕλληνος παιδός, ἣν ἔγραψεν Θεόκριτος· Αἰολὶς δὲ ἀπὸ Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος παιδός, ἣν ἔγραψεν Ἀλκαῖος· κοινὴ δὲ ἣ πάντες χρώμεθα, ἣν ἔγραψεν Πίνδαρος. Καὶ δεῖ τὸν γραμματικὸν ἐπίστασθαι αὐτάς, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ τὸ βλέπω ῥῆμα ἐν διαλέκτῳ ξένῃ λεγόμενον δέρκω καὶ θρῶ καὶ ὄπτω καὶ λέπω γινώσκῃ τὸ αὐτὸ εἶναι. Ἱστορία δέ ἐστιν ἡ παλαιῶν πραγμάτων ἔχουσα ἀφήγησιν· πρόχειρος δὲ ἀπόδοσίς ἐστιν ἕτοιμος ἀπόκρισις.

DISCR. SCR. IN LHR 1 ποιήματα] συγγράμματα R | λέγωμεν R | τρανότερον RH | περὶ ποιητοῦ καὶ συγγραφέων L: π. ποιητοῦ καὶ συγγραφέως R, περὶ ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων H ‖ 2 κύριος] Ἰησοῦς L | καὶ θεὸς om. H | ἡμῶν om. R ‖ 4 post ἡμῶν add. ιῦ χῦ R | τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα H | συγγράμματα e coniect. add. ‖ 5 λοιπῶν om. H ‖ 6 ante πολὺ add. τὸ HR | τουτέστιν — μελετωμένων] τὸ κατὰ πολὺ μελετώμενον καὶ νοούμενον H ‖ 8 ante prius πολὺ add. τὸ H | ἐστιν] εἰσιν H ‖ 11 λισμονίσας L ἐπιλαθόμενος H | ἀνεγν.] ἐγνώρισα R | περὶ] παρὰ H ‖ 13 αἱ προσῳδίαι] αὗται H ‖ 15 πρέπει δὴ] δεῖ HR | 17 καὶ τί διήγημα om. H | καὶ ἐξήγημα διηγήσεως L καὶ ἐξήγημα ἐξηγήσεως H ‖ 18 καὶ τὸ] ὅτι L ὅτι τὸ R ‖ 19 Τί] τίς R ‖ 21 κζ] καὶ R ‖ 22 Γεωργίου om. H | post Χοιροβοσκοῦ add. περὶ κυριολογίας R ‖ 23 κυριολογία — λέγουσα om. H | post ἀληθείας add. ὡς ἔφαμεν H ‖ 24 τί ἐστι γλωσσῶν τε καὶ ἱστοριῶν πρόχ. ἀπ. R ‖ 26 Ἰὰς μὲν — Πίνδαρος (30) om. R ‖ 27 ἣν] ἡ H; item 28, 29, 30 27 κρανέου LH ‖ 29 Ἀλκμεῦος L Ἀλκμαίων H ‖ 30 χρώμ. ἣν] χρώμ. ταύτῃ H ‖ 31 δέρκω] κέρδω L | ὄπτω] ὀπῶ R | καὶ λέπω γινώσκῃ om. H ‖ 32 παλαιῶν] πολλῶν H

«*Τέταρτον ἐτυμολογίας εὕρεσις*». *Ἐτυμολογία δέ ἐστιν ἕτοιμος ἑρμηνεία λέξεως, οἷον ὡς ὅταν ἐρωτηθῶμεν, τί ἑρμηνεύεται* π α τ ή ρ; *ἐπὶ μὲν τοῦ θεοῦ ἑτοίμως ἀποκριθῶμεν,* ὁ τ ὰ π ά ν τ α τ η ρ ῶ ν· *ἐπὶ δὲ ἀνθρώπου* ὁ τ ο ὺ ς ἰ δ ί ο υ ς π α ῖ δ α ς τ η ρ ῶ ν· *ὥστε δεῖ τὸν γραμματικὸν καὶ τὰς ἐτυμολογίας τῶν ὄντων γινώσκειν καὶ ἑτοίμως ἀποκρίνεσθαι.* «*Πέμπτον ἀναλογίας ἐκλογισμός*». *Ἀναλογίας δὲ ἐκλογισμός ἐστιν ἀνάμνησις καὶ ἀπόδοσις κανόνος, οἷον ἐὰν ἐρωτηθῇς τοῦ* φ ω τ ό ς *ὀνόματος τὴν δοτικήν, ποῖον στοιχεῖον ἔχει ἐπὶ τέλους, εἰπὲ ὅτι ῑ· καὶ ἐὰν ἐρωτηθῇς τὴν αἰτίαν, διὰ τί ἔχει ἐπὶ τέλους τὸ ῑ, εἰπὲ ὅτι πᾶσα γενικὴ εἰς ο̅ς̅ λήγουσα τροπῇ τῆς ο̅ς̅ εἰς ῑ τὴν δοτικὴν ποιεῖ ὁμότονον καὶ ὁμόχρονον. Ὁμοίως καὶ τὸ* τ α χ ε ῖ α *ἐὰν διὰ τῆς ε̅ι̅ διφθόγγου γράφῃς, καὶ ἐρωτώμενος ἀποκριθῇς, ὅτι ἀπὸ τῶν εἰς υ̅ς̅ ἀρσενικῶν θηλυκὰ παραγόμενα διὰ τῆς ε̅ι̅ διφθόγγου γράφεται· καὶ αὕτη ἡ ἀναλογία ἀνάμνησις καὶ ἀπόδοσίς ἐστι κανόνος. Δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν ταῦτα πάντα καλῶς ἐπίστασθαι.* «*Ἕκτον κρίσις ποιημάτων, ὃ δὴ κάλλιστόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ τέχνῃ*». *Κρίσις ποιημάτων μὲν ἡ ἀκριβὴς γνῶσις τῶν ποιημάτων λέγεται· ταύτῃ τῇ ἠκριβωμένῃ γνώσει χρώμενος ὁ γραμματικὸς δεῖ γινώσκειν τὰ βιβλία τῆς ἐκκλησίας πάντα, τουτέστιν παλαιὰν καὶ καινὴν διαθήκην, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ φωνὴν ξένην καὶ σύγγραμμα ἢ ποίημα ψευδές, μὴ δέξηται αὐτὸ ὡς ἀληθινόν, ἐπειδὴ ἔστιν εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν λεγόμενον. Δεῖ δὲ γινώσκειν τὸν γραμματικὸν τὰ ὀνόματα καὶ τὰς φωνὰς τῶν εὐαγγελιστῶν, ἵνα μὴ ἀλλότριον καὶ ψευδὲς εὐαγγέλιον δέξηται· ἀλλὰ καὶ ὁμώνυμα καὶ ψευδῆ συγγράμματα εἰσίν, οἷον ἡ λεγομένη Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου Παύλου· οὐ γάρ ἐστιν τοῦ ἁγίου Παύλου, ἀλλ' ἑτέρου Παύλου αἱρετικοῦ τοῦ Σαμωσατέως, ὅθεν οἱ Παυλικιανοὶ κατάγονται· καὶ ἑτέρα Ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τοῦ Θεολόγου· οὐκ ἔστι δὲ τοῦ Θεολόγου· οὐ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, μὴ γένοιτο· αὕτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστίν, ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλοτρίαν. Δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν καὶ τὰ ἑλληνικὰ βιβλία γινώσκειν· εἰσὶν γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ὁμώνυμα βιβλία ψευδῆ, οἷον ἡ Ἀσπὶς Ἡσιόδου καὶ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου· οὐ γάρ ἐστιν ἡ Ἀσπὶς Ἡσιόδου οὐδὲ τὰ Θηριακὰ Νικάνδρου· ἑτέρων γάρ εἰσιν ποιητῶν, ἐχρήσαντο δὲ οἱ συγγραφεῖς τῇ ὁμωνυμίᾳ Ἡσιόδου καὶ Νικάνδρου, ἵνα ἄξια κριθῶσιν ἀναγνώσεως. Δεῖ δὲ τὸν γραμματικὸν ταῦτα πάντα καλῶς ἐπίστασθαι, καὶ οὕτως λέγεσθαι καὶ εἶναι γραμματικόν.*

§ 2.

ΠΕΡῚ ἈΝΑΓΝΩ͂ΣΕΩΣ

«*Ἀνάγνωσίς ἐστι ποιημάτων ἢ συγγραμμάτων ἀδιάπτωτος προφορά*». *Προεδιδάξαμεν χάριτι Θεοῦ, τί ἐστιν ἀνάγνωσις καὶ ποιητὴς καὶ συγγραφεύς, καὶ τί ποίημα, καὶ τί σύγγραμμα· λειπόμεθα δὲ δεῖξαι ἐνταῦθα, τί ἐστιν ἀδιάπτωτος προφορά. Ἀδιάπτωτον μὲν οὖν νόησον τὸν ἀμετάπτωτον σκοπὸν*

DISCR. SCR. IN LHR 2 *ἑρμηνεύεται*] *δηλοῖ τὸ R* | *ἐπὶ μὲν*] *ἐπεὶ μὲν LH* | *ἐπὶ μὲν — ἀποκρ.*] *καὶ ἀπολογούμεθα, ἐπεὶ μὲν θεοῦ R* ‖ 3 *ἐπεὶ δὲ ἀνθρ. L ἐπ' ἀνθρ. δὲ H* ‖ 4 *γινώσκ.*] *ἐπιγινώσκειν R* | *καὶ ἐρωτώμενος ἑτοιμ. HR* | *Ἀναλογία καὶ ἐκλ. R* ‖ 6 *καὶ ἐὰν — τὸ ῑ* del. lineola perducta (*αἰτίαν*] *αἰτιατικήν*) *L* ‖ 8 *τὸ ταχεῖα*] *τὰ στοιχεῖα HR*, in *H* autem ab ead. m. correct. | *ἐρωτώμενος διὰ τί ἀποκρ. H* ‖ 9 *ὅτι τὰ ἀπὸ τ. R* | *παραγόμενα* om. *R* ‖ 10 *ἀνταπόδοσις R* ‖ 13 *τουτέστι τὴν παλ. H* | *καινὴν*] *νέαν H τὴν νέαν R* ‖ 15 *Δεῖ γιν. ὁ γραμματικός L* ‖ 17 *ὁμώνυμα καὶ*] *ὁμωνύμως H* | *οὐ γάρ ἐστιν ἀποκάλυψις τοῦ R* ‖ 18 *Παύλου* post *ἑτέρου* om. *H* | *παυλιανοὶ R* ‖ 19 *τοῦ Θεολόγου· οὐκ — Πάτμῳ*] *τοῦ θεόλητου. οὐ λέγομεν τοῦ θεολόγου τὴν ἐν Πάτμῳ R* | *οὐκ — Θεολόγου* om. *H* ‖ 20 *ἀλλότριον LH* ‖ 22 *βιβλία ψ.*] *καὶ ψ. βιβλία R* | *οὐ γάρ ἐστιν — Νικάνδρου* om. *HR* ‖ 23 *ἑτ. γὰρ*] *ἀλλ' ἑτέρων R* ‖ 25 *λέγεσθαι καὶ εἶναι*] *λέγεται εἶναι R*

27 *ΠΕΡΙ ΑΝ.* om. *R* ‖ 28 *προεδιδάξαμεν — σύγγραμμα* om. *H* | *προεδείξαμεν R* ‖ 29 *σύγγραμμα*] *σύγκριμα L* | *δὲ*] *οὖν R* | *δεῖξαι ἐνταῦθα* om. *H* ‖ 30 *τί ἐστιν ἀδιάπτ. προφ.* rubro scripta evan. in *R* | *Ἀδιάπτ. πρόσφορὰν μὲν νόησον R*

τοῦ ἀναγινώσκοντος, τουτέστιν μὴ ἔξω τῆς προκειμένης ἀναγνώσεως μεταπίπτειν· προφορὰν δὲ τὴν διὰ φωνῆς ἐκφορὰν τοῦ λόγου νόησον· ἔστι γὰρ λόγος προφορικὸς ὁ διὰ φωνῆς ἐκφερόμενος, καὶ ἔστιν λόγος ἐνδιάθετος ὁ ἐν τῇ καρδίᾳ μελετώμενος. Πρῶτος γάρ ἐστιν ὁ ἐνδιάθετος τοῦ προφορικοῦ· πρῶτον γὰρ μελετῶμεν ὃ θέλομεν εἰπεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν ἐνδιαθέτως, καὶ οὕτως τότε προφορικῶς ἐκφέρομεν. «Ἀναγνωστέον δὲ καθ' ὑπόκρισιν, κατὰ προσῳδίαν, κατὰ διαστολήν». Ὑπόκρισίς ἐστιν φωνῆς καὶ σχήματος πιθανὴ διάθεσις, πρέπουσα τῷ ὑποκειμένῳ προσώπῳ καὶ πράγματι. «κατὰ προσῳδίαν» δέ, ἵνα ἐν μὲν τοῖς τόνοις τείνωμεν την φωνὴν ἐν αἷς κεῖνται συλλαβαῖς κατὰ τὴν ἑκάστου διαφοράν. Διαφέρουσι γὰρ ἀλλήλων οἱ τόνοι οὕτως· ἡ μὲν ὀξεῖα λεπτοτάτην ἔχουσα φωνὴν ἐπὶ τὰ ἄνω τείνει· ἡ δὲ βαρεῖα τραχυτάτην ἔχουσα φωνὴν ἐπὶ τὰ κάτω τείνει· ἡ δὲ περισπωμένη πλατεῖαν ἔχουσα φωνὴν περικεκλασμένως ἐκφωνεῖται, τουτέστιν ὧδε κἀκεῖσε περιτείνεται· διὰ τοῦτο καὶ περισπωμένη λέγεται διὰ τὸ περισπᾶσθαι, τουτέστιν περιτείνεσθαι ὧδε κἀκεῖσε. Εἴρηνται δὲ τόνοι ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐν τῇ κιθάρᾳ τεινομένων νευρῶν· οἱ γὰρ τόνοι ἀπηχήματα μουσικῆς εἰσιν. Ἐν δὲ τοῖς πνεύμασι πάλιν, ἵνα δασύνωμεν ἢ ψιλώσωμεν τὴν φωνήν· ἐν δὲ τοῖς πάθεσιν, εἰ μέν ἐστιν ἀπόστροφος, ἵνα κουφίσωμεν τουτέστιν ὑπερβῶμεν φωνῆεν· εἰ δέ ἐστιν ὑφέν, ἵνα συνάψωμεν λέξιν μετὰ λέξεως· εἰ δέ ἐστιν ὑποδιαστολή, ἵνα διαχωρίσωμεν λέξιν ἀπὸ λέξεως. Περὶ γὰρ τῶν χρόνων, τουτέστιν τῆς μακρᾶς καὶ τῆς βραχείας, οὐκ ἔστιν νῦν πολλὴ χρεία.

«Ἐκ μὲν γὰρ τῆς ὑποκρίσεως τὴν ἀρετήν». Ἡ γὰρ ὑπόκρισις λεγομένη πάνυ ἀρέσκει τοῖς ἀκροαταῖς· ἀλλὰ καὶ ἡ προσῳδία ἐκφαίνει τὴν τέχνην καὶ τὸν ἀναγνώστην λαμπρύνει· καὶ ἡ διαστολὴ τὸν περιεχόμενον νοῦν κάλλιστα ἐκφαίνει. «Ἵνα τὴν μὲν τραγῳδίαν ἡρωϊκῶς ἀναγνῶμεν». Τραγῳδία μὲν οὖν κατὰ Ὅμηρον ἔπαρμά ἐστι φωνῆς· τὴν γὰρ τῆς Ἰλίου πόλεως ἅλωσιν καὶ συμφορὰν ἐν ὑψηλῇ φωνῇ ἐτραγῴδησεν τοιάδε λέγων· ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει, Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας (I 593 sq.). Δεῖ δὲ ἡμᾶς ὅταν ἀναγινώσκωμεν τραγῳδικὰ διηγήματα ἐν ὑψηλῇ φωνῇ καθὼς οἱ ἥρωες ἀναγινώσκειν. Φασὶν μὲν τοὺς ἥρωας οἱ Ἕλληνες ἡμιθέους εἶναι· ἡμεῖς δὲ ἀνθρώπους μέν, δυνατοὺς δέ. «Τὴν δὲ κωμῳδίαν βιωτικῶς». Κωμῳδίαν δὲ οἱ ἀρχαῖοι ψόγον καὶ περίσυρμα ἔλεγον εἶναι· ἐγὼ δὲ λέγω, ὅτι καὶ ἐπὶ ψόγου καὶ ἐπὶ ἐπαίνου λαμβάνεται. «Βιωτικῶς» γὰρ εἶπεν ὁ ποιητής, τουτέστιν κατὰ τὸν ἑκάστου βίον· ἔστι γὰρ βίος δίκαιος καὶ βίος ἄδικος, οἷον ὁ βίος τοῦ ἁγίου Πέτρου καλός, ὁ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ κακός. Ὅταν οὖν ἑκάστου μνημονεῦσαι θέλωμεν, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀποστόλου πραεῖαν καὶ ἱλαρὰν φωνὴν ἀφίεμεν πρέπουσαν τῷ βίῳ αὐτοῦ, οἷον ὁ μακαριώτατος ἀπόστολος τῶν προσκαίρων ἀγαθῶν καταφρονήσας ἠκολούθησε τῷ Χριστῷ· ἐπὶ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ τραχεῖαν καὶ κατάπικρον φωνὴν ἀφίεμεν πρέπουσαν τῷ βίῳ αὐτοῦ, οἷον ὁ ἀθλιώτατος Ἰουλιανὸς διὰ πρόσκαιρον ἀπόλαυσιν ἀπέστη ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ.

DISCR. SCR. IN LHR 1 ἔξω] ἔξωθεν *R* ‖ 2 τὴν διὰ — λόγος ἐνδιάθετος] λέγει τὸν διὰ φωνῆς ἐκφερόμενον. καὶ ἔστιν οὗτος λόγος προφορικός. ὁ δὲ ἐνδιάθετος λόγος *R* | ἔστι] ἐπὶ *L* ‖ 3 γὰρ] lege δέ ‖ 4 οὕτως om. *R* ‖ 5 Ἀναγν. — διαστολήν] περὶ ἀποκρίσεως καὶ πιθανήσεως rubro *R* | καὶ κατὰ διαστ. *H* | 6 Ἀπόκρισις *R* ‖ 7 κεῖται *H* | συλλαβαὶ *R* ‖ 8 τὴν] τοῦ *R* | λεπτ. ἔχουσα — τείνει] λ. ἔχει — τείνουσα *R* ‖ 9 τραχυτέραν *HR* | ἐπὶ — τείνει] κατὰ τὸ ὄνομα καὶ τὸν φθόγγον ἀποτελεῖ *R* ‖ 10 πλατυτέραν *H* | πλατ. ἔχ. φωνὴν om. *R* | περιτείνεσθαι *R* ‖ 12 τόνοι om. *H* ‖ 15 εἰ δέ ἐστιν ὑποδ. — λέξεως om. *LH* ‖ 16 γὰρ] δὲ *HR* δὲ γὰρ *L* ‖ 18 post ἀρετὴν add. ἐκ δὲ τῆς προσῳδίας τὴν τέχνην, ἐκ δὲ τῆς ὑποδιαστολῆς τὸν περιεχόμενον νοῦν ὁρῶμεν *H* ‖ 19 ἐμφαίνει *R* ‖ 20 ὑποδιαστολὴ *H* ‖ 22 τοιάδε om. *R* ‖ 23 ἀμαλθύνει *LH* ἀμαλλθύνει *R* ‖ 24 τραγωδιακά *R* | ἀναγινώσκουσι *R* ‖ 25 δυνατοὺς] δοτοὺς *R* | τὴν — βιωτικῶς] περὶ τί ἐστι κωμοδία *R* ‖ 26 κωμῳδίαν βιωτικῶς om. *L* ‖ 27 καὶ ἐπὶ ἐπαίνου καὶ ἐπὶ ψόγου παραλαμβ. *H* | ποιητής lege τεχνικός ‖ 30 πρέπουσαν — αὐτοῦ om. *R* | οἷον] ἤγουν *H* ‖ 31 post ἀπόστ. add. Πέτρος *R*

